Quelle: https://manuscripta.at/?ID=41832
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Incipit ordo missalis secundũ consuetudinem ecclesie romane Dominica prima in aduentu ad missam Introitus

AD te leuauí animã meam deus meus in te confido nõ erubescam neq; irrideant me inimici mei: et enim vniuersi qui te expectant non confundentur. Ps: Vias tuas domine demonstra mihi: et semitas tuas edoce me: Gloria: Oratio sequitur de dominica

Exurge qs domine potentiam tuam et veni: vt ab imminentibus peccatorũ nrorũ periculis: te mereamur protegente eripi: te liberante saluari. Qui viuis et reg: Epla Ad Romanos xiii:

FRatres. Scientes quia hora est iam nos de somno surgere: Nunc autem propior est nra salus q̃ cũ credidimus. Nox precessit dies autem appropiquabit. Abiciamus ergo opera tenebrarũ: et induamur arma lucis: sicut vt in die honeste ambulemus

K. k. Hofbibliothek Salzburg